

2274.

1320 d. 29 Dec.

Riseberga.

HERMAN af Kassebäck bortbyter sin gård i Arnö till Riseberga kloster, mot 4 åttingar i Appunda och en åtting i Ullevi i Östergötland.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Omnibus presentes litteras visuris vel auditoris, HERMAN de cassæbæk salutem in domino sempiternam, Que geruntur in tempore ne labantur cum tempore solent litterarum testimonio perhennari, Notum fieri volo omnibus evidenter me cum religiosis dominabus domina abbatissa in risæbergh et conventu loci eiusdem quandam fecisse commutationem ita vt terram earundem in øsgocia sitam videlicet quatuor attungos in appundum et vnum attungum in vllærui cum domibus et terra quam de hungero in þakarstum habebunt cum omnibus sibi adiacenciis mobilibus et immobilibus infra sepes et extra mihi et meis heredibus recipiam et ipsis curiam meam in arno cum omnibus sibi adiacenciis videlicet agris. pratis. pascuis. siluis. piscariis. coloniis. molendinis et molendinorum locis. et omnibus mobilibus et immobilibus infra sepes et extra, recommittam perpetuo possidenda, huius commutationis testes et confirmatores constituo viros nobiles et fidedignos videlicet haquinum ingoson hinzo synnodagh dominos anundum et nicholaum tifemannum de stockholm rangwaldum iohannem skiælghæ et æskillum in rønde et vt commutacio sepedicta maneat stabilior siggillum proprium cum siggillis predictorum virorum haquini ingoson hinzo synnodagh et domini anundi presentibus sunt appensa, Datum risæbergh anno domini. M.° CCC.° XX.° in die sancti thome archiepiscopi.

Sigillen N. 1—3, adliga, skadade; N. 4 bortfallet, remsan kvar.

2275.

1321 d. 5 Jan.

Alvastra.

FOLKE ULESSON och hans hustru SIGRID MÅRTENSDOTTER testamentera en åtting i Glenuås i Svanhals socken i Östergötland till Alvastra kloster, der Folke väljer sin graf, vidare till samma kloster ½ åtting i Älfvestad, till betalande af klostrets fordran på 35 mark penningar, samt för hustruns graf en åtting i samma by Glenuås; och som de testamenterade gårdarne voro hans dotters moderne, gifver han åt henne och hennes arfvingar vederlag i andra gods, bestämmer andra gåfvor till kyrkor och kloster m. m.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl. *).

JN Nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et Filii et spiritus Sancti amen, Ego FOLKO WLPHSON vna cum SIGRIDI MARTINS DOTTOR consorte mea

*) Brevet är på 2:ne ställen sönderfräkt af fukt.